

zu Oder

O.i.840(1-101).



CONCLVSIONES.
EX TIT. FF. ET
C. SOLVTO MATRIMONIO
QVEMADMODVM DOS
PETATVR.

QVAS,
VNIVS ET TRINI DEI AVXILIO,
PRAESIDIBVS CLARISS. ET CONSULTISS. VI-
ris, D.Iohanne Michaëlis Cronenburgero, & D.Iohanne
Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in floren-
tissimo celeberrimæ Academiæ Coloniensis, Iuridi-
cæ facultatis Collegio, publicè disputan-
do tuebitur.

VVICRIVS à VVITGENSTEIN.

Anno à partu virginis C15. I5. LXXXII.
die XIII. Maij.



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

C

61

CONTINVATIO.

Cum superiori disputatione sit peractum, quomodo contractis nuptijs dos constituatur, recto methodi tramite postulante, nunc, quemadmodum matrimonio dissoluto, dos repetatur, subiicitur. (a)

(a) Gloss. & Bart. circa rubric. ff. h. t.

CONCLVSIO I.

Olim ad dotes repetendas actio de dote competit, (a) cuius loco nunc actio ex stipulata facta datur: (b) quae bona fidei est, marito vel uxore agentibus; (c) stricti iuris, si extraneus agat. (d)

(a) l. Sed si ideo 21. ff. h. t. (b) l. vnic. §. Et ut plenius C. de rei vx. act. Castren. in rubr. h. t. num. 4. (c) d. l. vnic. §. Et ut plenius cum seq. C. de rei vxor. act. §. fuerat Instit. de action. Bart. in l. Quamuis num. 10. & in l. de diuisione nu. 5. ff. h. t. Zaf. in d. §. fuerat num. 7. & in d. l. de diuisione nu. 15. ff. h. t. (d) Bart. in l. 2. num. 10. ff. h. t. per l. dedi ylt. ff. de condict. caus. dat.

II.

Hac actio soluto matrimonio nascitur: (a) Eo enim constante repetitio dotis non permittitur, (b) nisi ex certis causis, (c) Est q̄ in repetenda dote profectitia patri & filia communis, (d) nec alter alteri paciscendo obesse potest. (e)

(a) l. Iurisgentium 7. §. Quinimo 5. vers. utputa post diuortium ff. de pact. Iaf. in l. si constante num. 2. ff. h. t. (b) l. In rebus 30. vers. omnis autem C. de iur. dot. l. 2. ff. de dot. præleg. Dos enim oneribus matrimonij seruire debet, l. si pater 44. in fin. ff. de iur. dot. (c) Dd. in d. l. si constante ff. h. tit. (d) l. 2. ubi similiter Dd. ff. cod. (e) l. Cum à Socero 7. in prin. ff. de iur. dot. d. l. 2. §. quod si in patris ff. h. t.

III.

Idq̄, vt filia, etiam si tertio actionem delegauerit, retineat tamen Ius suum per partem. (a)

(a) d. l. 2. §. quod si in patris, vers. Et puto, ubi Iaf. & Costal.

IV.

Quare nec spontanea solutio vni sine consensu alterius facta, soluentem ab alio liberat, nisi pecunia sit conuersa in utilitatem alterius. (a)

(a) l. non solum 3. ubi Zaf. nu. 2. ff. h. t.

V.

Superiora vera sunt, nisi parens sit homo turpis, vel filia leuis aut iuuenis, (a) tunc enim alter sine altero recte agit.

(a) Castren.

(a) Castr. in l.2. §. quod si in patris nu. 2. ff. h. t. per l. filius familias 8. §. si filius familias ff. de procurat.

V I.

Quando verò pater insciā & inuitā filiā profectitiam dotem exegit, nulla de rato praestita cautione, filiā vero in testamento aliquid legauit, vtrum alterutro contenta esse debet? Et debere, si tantum legato sit consecuta, quantum dotis nomine debebatur, concludo. (a)

(a) l. qui hominem 34. §. si gener, ff. de solut. Cuiac. lib. 3. obs. cap. 16. Con. h. t. nu. 4.

V II.

Emancipata hīc sola agit, (a) nisi pater dotem reddisi fuerit stipulatus, tunc enim & ei soli aet. 10 competet. (b)

(a) l. 1. §. videamus C. de rei vxor. act. (b) Bart. in d. l. 2. §. quod si in patris nu. 4. Ias. ibid. num. 21.

VIII.

Hæc autē stipulatio in ipsa datione dotis interponi debet, post dotem constitutam non valet, nisi eius commodo fiat. (a)

(a) text. in l. quoties 29. ff. h. t.

IX.

Dos profectitia, in qua nulla stipulatio intercessit, mortuā in potestate filiā, an reverteratur ad patrem, an deueniat ad liberos inter Dd. hīc controuertitur? Ego ad patrem reverti, licet de consuetudine aliud obtineat, legibus defendi posse existimo. (a)

(a) l. vnic. §. Sileat C. de rei vxor. act. l. si ab hostibus 10. ff. h. t. l. pater filiæ 71. ff. de Euiet. l. dos à pat. C. h. t. Bart. in l. post dotem, num. 27. ff. h. t. ubi hanc communem refert. Bald. in d. l. dos à patre C. h. t.

X.

Aduentia dotis actio ad solam filiam pertinet, (a) adeò ut sine patris consensu, imò etiam inuito patre hīc agere possit. (b)

(a) d. l. 2. §. quod si in patris, l. Gaius Seius 45. ff. h. t. l. fin. §. si verò C. commun. vtriusq; iudic. (b) auth. quod locum C. de Collat. Bart. in l. 2. §. quod si in patris num. 3. ff. h. t. Ias. ibid. num. 2.

XI.

Eadem actio que competit pro dote, competit etiam pro fructibus dotem auctiorem efficientibus. (a)

(a) l. si marito 31. §. fin. ff. h. t. l. Item veniunt 20. §. Item non solum vers. fructus autem omnes, ff. de petit. hæred. Ias. in Rubr. ff. h. t. num. 40. Est enim iudicium, hoc vniuersale Bart. in rubr. ff. cod.

XII.

Fructus intelligo eos, qui deductis impensis, mariti scilicet & vxoris, supersunt. (a)

(a) l. fru-

(a) l. fructus 7. ff. h. t. l. de fruct. & lit. expens. haec enim ipso Iure dotem minuantur.
quod dicitur 5. ff. de impens. in res dotal. fact.

XIII.

In hisce diuidendis, vt reputatio fieri possit, spectandum erit tempus matrimonij, vt
constet, qua ex parte anni ad eorum utrumuis pertineant. (a)

(a) l. diuortio, ff. h. tit.

XIV.

Vtrum veniat inter fructus reputandum, & mulieri soluto matrimonio restituendum,
si quid ratione commissi, vel confiscationis accesserit feudo vel fundo in dotem dato queri-
tur? Et numerari, cum distinctione Baldi defendam. (a)

(a) argum. l. vlt. ff. h. t. vbi similiter Bart. & Castren. Costal. in d. l. fructus 7. §. si vir
ff. cod.

XV.

Arbores quoque ceduae & gremiales in fructu sunt, (a) vi verò tempestatis euul-
sa in fructum marito non cedunt, sed earum pretium vxori solut. matrimonio resti-
tuendum. (b)

(a) d. l. diuortio §. se fundum ff. h. t. arg. l. ex Sylua. ceduae 10. ff. de usufruct. & quemad.
(b) d. §. si fundum, h. t.

XVI.

Apertis lapidicinis in fundo dotali, cæsog. lapide si lapis renascatur in fructu erit, &
pro rata soluto matrimonio diuidetur. (a)

(a) d. l. diuortio §. si in fundo ff. h. t. l. fin. ff. de fund. dotal.

XVII.

Mulieri hic agenti ad dotis fructus restituendos maritus compensationem opponere
potest, de rebus amotis, vel per eum mulieri donatis. (a)

(a) d. l. diuortio §. ob donationes ff. h. t. vbi Zaf. Bart. in l. Rei Iudicatæ ff. cod.

XVIII.

Est etiam hic marito concessum beneficium, vt non condemnetur, nisi in quantum face-
re potest.

l. Maritum 12. ff. h. t.

XIX.

Non inconuenienter hic queritur; An maritus d. l. beneficium retineat, si mulier eum
conueniat, ad restitutionem rei vindicatione? Et retinere existimo. (a)

(a) Ius enim nouum, quod realem actionem producit priuilegium vetus mariti non
laedit, d. l. vnic. §. Cum autem, C. de rei vxor. act. l. In rebus C. de lux. dot. Duar. & Costal.
in d. l. n. aritum ff. h. t.

Ex na-

XX.

Ex natura contractus dotis maritus tenetur de dolo, lata culpa & leui, (a) quam posteriorem praestare amplius non tenetur, si coniugi dotem obtulerit, eaque in recipiendo moram fecerit. (b)

(a) d.l. In rebus 17. ff. de iur. dot. I. Pomponius 6. ff. de pact. dotal. I. etiam 15. ff. h.t. arg. I. si mora 9. vbi Ias. & Zaf. nu. 1. & 2. cod. Quando enim contractus celebratur gratia utriusque, tunc venit dolus lata & leui culpa, cuiusmodi, contractus dotis est. (b) d.l. si mora vbi Bart. nu. 1. & Ias. nu. 2.

XXI.

Ideoque hac mora efficit, ut per eum percepti tantum fructus restituendi veniant. (a)

(a) d.l. si mora ff. h.t. vbi Ias. nu. 2.

XXII.

In reddenda dote non idem rerum mobilium, & immobilia tempus est; haec enim statim, restituenda sunt, (a) ad illas reddendas annus concessus est.

(a) d.l. vnic. §. Exactio C. de rei vxor. act. V Vesemb. in parat. ff. h.t. nu. 6.

XXIII.

Interim tamen praestanda est cautio, (a) sicut fit in bona fidei contractibus, (b) & mulier ab heredibus mariti alenda est. (c)

(a) l. si constante, §. quoties h.t. Anton. Guib. Costan. de dotibus ca. 6. num. 17. (b) l. in omnibus de iudicijs, (c) Bart. in l. diuortio nu. 1. vbi Iason nu. 18. & seqq.

XXIV.

Quid ergo si heredes alimenta praestare recusent incontinenti dotis restitutionem eligentes: (a) tum etiam si annus effluxerit alimentis non petitis, (b) an adhuc predictis causibus alimenta peti poterunt? Non reor.

(a) Ioh. Campeg. de dot. part. 2. q. 17. (b) Castrens. in l. diuortio nu. 6. quem sequitur. Iason num. 21.

XXV.

Hanc dotis repetitionem impediunt pacta a marito de lucranda dote interposita. (a) Culpa mulieris in dissoluendo matrimonio, (b) adulterium, (c) nisi viri lenocinio commissum sit, (d) vel cognatio aliave iusta causa matrimonio oblitererit.

(a) l. pater, de pact. dotal. d.l. vnic. §. Illo procul dubio C. de rei vx. act. (b) l. Lucius 38. h. tit. l. si dotem 24. C. cod. (c) l. vlt. C. de repud. (d) l. cum mulier 47. ff. h.t.

XXVI.

Sed an heredes mariti coniugem adulterij non accusant, eodem retinende dotis iure gaudebunt? Non opinor. (a) Idque cum Duarenos (b) verum puto, etiam si maritum crimen adulterij latuit.

(a) l. l. & fin. C. de reuoc. donat. l. Rei §. l. h. t. l. Iniuriarum, de iniur. (b) in d.l. Rei §. l. hoc tit.

Osculum

XXVII.

Osculum quoque rem adeò grauem Baldus (a) esse censuit, vt propter illud hanc actionem cessare putauerit, (b) quod quibusdam rectè sentientibus non probatur. (c)

(a) in c. tuæ de procur. (b) arg. c. vnic. quib. mod. feud. amitt. l. fin. §. Inter l. consensu §. vir quoque, C. dc repud. (c) arg. l. merito ff. pro Socio l. Sæpè ita 53. ff. de verb. signif.

COROLLARIA.

I.

Mulierem in exactione dotis, tam expressam, quam tacitam hypothecam anteriorem habentibus preferri. (a)

(a) l. assiduis C. qui pot. in pig. hab.


II.

Mulierem inopi, vel prodigo scienter nubentem, constante matrimonio dotis repetitio- nem non habere. (a)

(a) l. Nemo videtur. de Reg. Iur. Gail lib. 2. obf. 84.

III.

Instantiam dotis perpetuam esse.
arg. l. properandum, C. dc iudic.



LXXII

O(seru)lum p(ri)ma m(ul)ta d(omi)ni f(ili)us
tutus u(er)bi s(ecundu)m p(ri)ma m(ul)ta
(G)loria e(sti) p(ri)ma m(ul)ta

COROLLARIA

I

M(ul)ta d(omi)ni p(ri)ma m(ul)ta
(G)loria e(sti) p(ri)ma m(ul)ta

II

M(ul)ta d(omi)ni p(ri)ma m(ul)ta
(G)loria e(sti) p(ri)ma m(ul)ta

III

M(ul)ta d(omi)ni p(ri)ma m(ul)ta
(G)loria e(sti) p(ri)ma m(ul)ta

AB:153255
(X2203998)

K

D. Legat. St. Thomasius. Giebel

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

CONCLVSIONES.
TIT. FF. ET
OLVTO MATRIMONIO
QVEM ADMODVM DOS
PETATVR.

QVAS,
SET TRINI DEI AVXILIO,
IBVS CLARISS. ET CONSULTISS. VI-
nne Michaélis Cronenburgero, & D. Iohanne
SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in floren-
eleberrimæ Academiæ Colonensis, Iuridi-
cuntatis Collegio, publicè disputan-
do tuebitur.

ICVS à VVITGENSTEIN.
o à partu virginis CI. I. LXXXII.
die XIII. Maij.



COLONIAE AGRIPPINAE
CVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

C

61

